



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

De S. Propheta Daniele, & de SS. tribus pueris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

COMMENTARIVS DE SANCTO PROPHETA

DANIELE, ET DE SANCTIS TRIBVS PVERIS,

*Simeone Metaphraſte auctore. Capitula margini
appoſuimus.*

VM Nabuchodonosor rex Assyriorum ciuitatem Hieru-
salem bello cepisset, & magnam illinc prædam egisset, &
plurimos abduxisset bello captos, & splendide ac magni-
ficè reuerſus esset Babylonem, sui imperij sedem, nobilissi-
mos pueros Iudæorum delegit, & sibi ad suum attribuit
ministerium. Inter quos erant etiam quatuor ex ijs, qui à
rege Dauide ducebant originem: pulchri quidem specie
corporis, pulchri autem specie quoque animæ, ingenu-
umque & liberalem ad spectum pulchrè ex vtriusque, osten-
dentes: qui etiam ad Ezechiam & Iosiam viros iustissimos
genus proximè referebant. Cùm illos ergo excidisset,
& prouidisset vt ex mensa regia alerentur, tradit pædagogis, vt in externa sapientia
& ipsa Chaldæorum doctrina pulchrè erudirentur. Ex his vnus quidem vocabatur
Daniel: qui ipsum verò sequebatur, Ananias: & tertius Azarias, & alius Miſaël. Mu-
tatis autem eorum nominibus, Danielem quidem vocat Baltasar, Ananiam Sidrach,
Azariam verò Miſach, & Miſaëlem nominat Abdenago. Quos quidem & rex ama-
bat, & benignè admodum eos adſpicebat, eorum laudans indolem: & quod non
solum valebāt ingenio ad disciplinas, sed eis quoque magnum adferebat ornamen-
tum solertia & modestia. Sed sic quidem erat rex affectus in pueros.

Diuinus autem Daniel non solum erat laudator virtutis, sed eam etiam diligenter
exercebat. Et idèò asperitate vitæ corpus affligebat, & ciborum mensa regiæ non
solum recusabat esse particeps: sed alijs etiam cognatis, tribus, inquam, pueris sic sua-
sit vt facerent. Cùm vtriusque ergo visum esset, ab omnibus abstinere animatis, & vesci
solum seminibus & oleribus, accedentes ad Aschanetum archieunuchum, cui erat
commissa eorum cura à rege, eum rogârunt, vt quæ ab ipso rege ad eos afferrentur,
ipse accipiens consumeret: pro eis autem præberet legumina & dactylos ad nutri-
mentum, & si quid aliud vellet ex inanimis. In hac enim vitæ ratione dicebant se esse
educatos ab initio, aliam verò despiciere. Ille autem dicebat se esse quidem paratum
inferuire eorum voluntati: sed timere, nè id rex rescisceret ex corporum gracilitate
& vultus pallore. Necessè enim esse, vt eis simul mutentur corpora & colores cum
ratione victus: & maximè, nè cùm alij pueri sint bonæ habitudinis, ipsi sint ei causa
periculi & supplicij. Cùm itaque cautione hac in re vteretur Aschanes, ei persuadent
pueri illi egregij, vt decem dies hæc illis præberet experiendi causa: & si non mutare-
tur quidem eis corporum habitus, sineret in eis perseverare. Sin autem viderit dimi-
nutos, & alijs se habentes deterius, eos ad priorem victus reducat rationem, & faciat
vt fuit ei imperatum. Cùm verò eo alimento vtentes nihil offenderentur, sed & cor-
pora eorum melioris essent habitudinis, quàm aliorum, & ad spectum pulchriora, a deo
vt qui eos videbant, putarent Danielem quidem & tres alios viuere in omnibus lau-
titijs & delicijs: alios autem pueros vesci parcius, nec eis suppetere ea, quæ sunt ad
vsum necessaria.

Ex illo tempore, cum reuerentia, Aschanes quæcunque quidem è sua cœna, vt so-
lebat, ad eum mittebat Rex, ipse accipiebat: quæ prædicta sunt verò, eis suppedita-
bat. Illi autem, vt potè quod eis animæ propterea euaserant mundæ & aptæ suscipi-
endas disciplinas, omnem citò didicere doctrinam, tam quæ erat apud Hebræos,
quàm quæ apud Chaldæos: maximè verò Daniel, qui cùm iam esset satis doctrina
prouectus, studium quoque posuerat in iudicio somniorum: cuique Deus manifestè
apparebat: à quo cùm eius mens informaretur, ex futuris multa euidenter prædixit.
Secundus annus præterierat, ex quo capta fuerant Hierosolyma, & Rex Nabucho-
donosor somnium videt admirabile, cuius euentum in somnis ipse Deus ei significa-
uit. Ille autem cùm surrexisset è cubili, & ipsius somnij est oblitus, & illius, quam à
Deo habuit, coniecturæ. Chaldæis ergo protinus accersitis, tam qui erant inter Ma-
gos eximij, quàm qui periti diuinationis, dixit eis se vidisse somnium, & quid significa-
uerit:

Iulij 21.
secundum
Latina Mar-
turologia.
Cap. 1.

Dan. 1.
Daniel cum
socijs ex Da-
uide Rege
duxit origi-
nem.

Murat corij
nomina Na-
buchodono-
sor Rex.

Cap. 2.
Daniel cor-
pus castigat

Daniel cum
socijs regijs
epulis ante-
ponit legu-
mina.

Cap. 3.
Victus re-
nuitas facit
ad suscipi-
endam erudi-
tionem.

Dan. 2.
Vidit so-
mniū Na-
buchodono-
sor Rex.

uerit: porrò accidisse, vt eorum obliuisceretur, quæ viderat: & iubebat eos dicere quodnam esset somnium, & quanam esset significatio. Illis verò dicentibus fieri non posse ab hominibus, vt, nisi ipse exposuisset visionem, coniecturam enunciarent: ipse mortem minatus est sapientibus, nisi ei & visionem reuocarent in memoriam, & coniecturam simul enunciarent. & statim iussit eos omnes interimiri, cum pronuncia-
sent se non posse facere id, quod iussi fuerant.

Cap. 4.

Cùm hoc intellexisset Daniel, iussisse Regem omnes occidi sapientes: inter hos autem se quoque cum cognatis venire in periculum, accedit ad Arioch vnum ex Regis satellitibus, & rogat, vt ei dicat causam, propter quam Rex tam improbè iussisset occidi omnes sapiētes Chaldaos & Magos. Cùm verò de somnio ex eo intellexisset, & quòd iussi à Rege hoc ei declarare, qui fuerat oblitus, dixerunt se non posse: & propterea Rex ira motus, eos morte damnauit: rogauit Arioch, vt intraret ad Regem, & peteret Magis vnam noctem, & in ea hanc differret interemptionem. Dicebat enim se sperare, fore vt cum in ea Deum orasset, somniū cognosceret. Et ille quidem hæc Regi quàm primùm renunciauit. Ille autem cupiens scire, quanam esset visio, & quanam esset eius significatio, iubet sustineri Magorum interemptionem, donèc sciret, quidnam dicturus esset Daniel, & quanam esset eius virtus. Hic ergò beatus cum tota nocte cū cognatis ad se fecisset, tota nocte Deo supplicauit, vt Magos seruariet & Chaldaos, cum quibus ipse quoque simul erat periturus, & liberaret ab ira Regis, aperiendo ei visionem, cuius Rex erat oblitus. Deus autem simul & misertus eorum qui erant in periculo, & volens suum Prophetam reddere gloriosum, ei significat somnium, & aperuit coniecturam: & cum protinùs Daniel hæc Azariæ & cæteris aperuisset, eos, qui vitæ spem abiecerant, & in mortem suam defixerant cogitationem, immutat & reddit lætiores & animo alacriores.

Danieli di-
uinitus re-
uelatur so-
mnum Na-
buchodo-
nosor.

Cap. 5.

Cùm Deo autem cum eis egisset gratias, qui misertus fuerat eorum ætatis, & esset dies, accedit ad Arioch, & rogat, vt cum ducat ad Regem. Dixit enim, se ei velle somnium significare, quod ei accidit vt nocte videret præterita. Ingressus verò, primùm se excusauit, nolens alijs Chaldaeis videri sapientior: & quòd cum nullus illorum potuisset inuenire somnium, ipse id esset dicturus. Non enim per experientiam, neque quòd sit subtilioris & solertioris ingenij, hoc accidit: sed nostri, inquit, misertus Deus, qui veneramus in mortis periculum, mihi pro mea anima & eorum, qui sunt eiusdem gentis, precanti, & somnium aperuit & eius expositionem. Non minorem enim nostri doloris, quàm tuæ gloriæ curam gerebam, o Rex, qui viros tam bonos & tam honestos, iniquè mori iusseras, cum nihil petiisses, quod esset humanæ sapientia: sed hoc ab eis exegisses, quod erat solius Dei opus. Tibi ergò o Rex cogitanti, quis post te esset mundo imperaturus, volens Deus significare, tale ostendit somnium. Visus es tibi videre magnam statuam stantem, cuius caput quidem contigit esse aureum: humeros autem & brachia, argentea: ex are verò, ventrem & femora: tibias & pedes, ferreos. Deindè lapidem vidisti abruptum à monte, incidere in statuam, & eam comprehendere ac conterere, & nullam eius partem relinquere integram: aurum autem & argentum & æs & ferrum vel puluere fieri subtilius: & statuam quidem vento spirante dispersam fuisse in aërem: lapidem verò ad eò creuisse, vt videretur vniuersa terra ab eo fuisse repleta. Atque somnium quidem, quod ipse vidisti, fuit tale. Eius autem coniectura hoc modo se habet: Aureum quidem caput, te significabat, & qui ante te fuerunt, Reges Babylonios. Duæ verò manus & humeri, à duobus Regibus dissoluendum esse vestrum principatum, à Persis, inquam, & Medis. Illorum autem principatum destruet quidam alius ex occidente, are indutus. Is est Alexander Macedo: & eum faciet alius cessare, viribus ferro similis. Superabit autem omninò propter ferri naturam. est enim is fortior auro, argento & are. est verò id potentissimum Romanorum imperium. Significauit autem ei etiam de lapide, dicens: Lapis qui fuit scissus sine manibus, est Christus. Illud verò, sine manibus, prædixit eum sine coitu esse nasciturum ex vtero à labe alieno.

Solus Deus
nouit cogi-
tationes ho-
minum.

Interpreta-
tio somnij
regij.

Cap. 6.

Maximis
honoribus
à rege affici-
tur Daniel.

Nabuchodonosor autem cum hæc audiisset, & hoc esse, quod ei apparuerat, somnium intellexisset, stupuit Danielis ingenij magnitudinem: & protinùs parua omnia, & ipsum regnum, & imperij magnitudinem esse ducens, surgit è throno, & Deo paribus illum afficit honoribus. Præterea verò ei quoque sui dei imposta appellatione, eum totius regni effecit curatorem. Quinetiam eius cognatos, qui erant ei virtute pares, Azariam, inquam, & cæteros, creat principes Babylonis: quos paulo-
pòst

pòst contigit propter inuidiam incidere in periculum, cum Regem offendissent hac de causa: Rex ille Babylonis, felici rerum successu, & infinitis diuitijs, & multitudine earum, quas * subiunxerat, gentium, in superbiam elatus & valde inflatus, & propemodum propter leuitatem se deum esse visione apprehendens, propemodum se vel deos eo ipso die putabat posse fingere, & suarum manuum opera deos contendebat efficere. Hinc factum est, vt cum auream construxisset statuam, sexaginta quidem cubitorum altitudine, sex autem latitudine, eam statuerit in medio campo Babylonis, qui vocatur Deera. Et cum esset eam consecraturus, ex tota terra, cui imperabat, conuocauit primos satrapas. Dederat verò eis quoque signum, vt non tam temerè, nec absque aliqua ratione ei honorem tribuerent: sed tanquam signo dato accedentes, cum magno metu adorarent. Fuit autem tale signum: Quando, inquit, audierint tubam, hoc magna voce significantem, tunc oportet, inquit, procidentis adorare statuam: eos verò, qui hoc non fecerint, continuo iniici in fornacem ignis ardentis. Vt enim esset ei maius & clarius certamen pro statua, iubet fornacem ex diametro distantem, pice, sarmentis, naphtha & stuppa accendi è regione statua: vt si quis conuinceretur iussui Regis non assentiens, in fornacem statim conijceretur.

for. subiungat vel subiecerat,

Dan. 3.

Aurea statua Nabuchodonosoris.

Cum omnes ergò, vt iussi fuerant, iam resonante tuba adorarent statuam, hi tres soli recusarunt hoc facere, vt sacra docent eloquia: vt qui patrias leges transgredi minimè sustinerent, & Deum dedecore afficere, & simulacro offerre adorationem. Hinc factum est, vt apud iniquum Regem accusarentur. Accedentes autem, qui eos accusabant, Rex, dixerunt, ij, quibus à te datum est imperium regionis, Sidrach, inquam, hic, Misac, & Abdenago, neque omnino sustinent adorare imaginem, neque tuis iussis obediunt. Hæc cum illi dixissent, ij statim producti sunt ante tribunal regium. Quid ergò deinceps est consecutum? Ille quidem rogauit, an vera essent, & nolent auream statuam adorare cum alijs. Dicebat enim se non credere hæc esse vera.

Cap. 7.

Illi verò magno & excelso animo dixerunt, se nullum alium habere, nisi solum Deum in calis: qui nos potest, ô Rex, eripere ex hac fornace ardente, & ex tuis manibus. Certò enim scias, quòd nos deos tuos non colimus, & auream, quam posuisti, statuam non adorabimus. His tyrannus non minus ira accensus, quam fornax ardens, iubet iratos viros robustos, Azariam cum cæteris, vinctos cum vestibus & tibialibus, ita vt erant, in fornacem iniicere. Et illi quidem statim in ignem iniecti, diuina providentia conseruantur illæsi, & admirabiliter ac contra opinionem manifestum effugiunt periculum. Non enim eos omnino ignis attigit, neque eos vlla affecit molestia. Sed cum vnà cum eis descenderet & Angelus, statim quidem à circumpositis relaxantur vinculis: aura autem rore adspersa, eis euasit ignis, & tanquam in thalamo in media flamma stantes, laudabant Deum vniuersorum: Benedictus es, dicentes, Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum est nomen tuum in secula: & quæ deinceps sequuntur in cantico. Eos verò, qui ipsos accusabant, Chaldaeos, & multos alios ex Assyrijs, ignis excurrens perdidit & interemit. Sic gloria & honore coronare nouit Deus eos, qui reuerà nomen illius glorificant. Sic fide dignus est, qui promisit, quòd etiamsi per ignem venias, non combureris, neque ardebis. Atque hæc quidem sic habuerunt, & tres pueri debebant in fornace, laudantes Deum vniuersorum.

Triu puorum magna animi virtus.

Mittuntur in fornacem.

Dan. 3.

Esa. 43.

Rex autem rem admiratus, statim quidem surgit è throno: dubitabat autem, quomodo tres ab eo coniecti in fornacem, nunc cernantur quatuor, qui nihil omnino graue aut molestum sensere. Adspectus verò quarti est similis filio Dei. & statim accedens ad ostium fornacis, Sidrach, inquit, & Misac, & Abdenago, serui Dei altissimi, exite & venite. Illi autem salui egressi sunt & intacti, cum ne in vnum quidem pilum dominatum obtinuissent ignis.

Cap. 8.

Nihil læsi sunt ab igne

Hæc cum vidisset Rex, miraculi vel potius miraculorum summam stupens magnitudinem, nempe quòd & tali igne fuerint superiores, & quòd non solum superiores, sed nec eorum quidem pilus, res, quæ facillimè flaccescit & marcescit, tanta flamma effluerit: & præterea, quòd cum essent vincti, continuo fuere soluti: & quòd cum adhuc essent in fornace, auditi sunt canentes: quòd quidem ijs, qui sunt in flamma, ipsa statim oris apertione mortem solet asferre protinus: & quòd ille ignis, qui in eis propria est oblitus natura, in Chaldaeis, qui erant circa fornacem, fuit verus & perfectus ignis, & nec in loco quidem manens, sed egrediens & saliens, & eos, qui digni erant, comburens facillimè. Postquam ille vidit hæc omnia, statim humi cecidit, &

Rex edit decretum adorandi Deum triū puerorum. Benedictus es Domine, magna voce clamauit, Deus Sidrach, Misac & Abdenago: qui misit Angelum suum, & liberauit sanctos suos pueros ab igne, & à malis conseruauit illætos. Deindè etiam edit decretum: Quicumque, dicens, non adorabit Deum Sidrach, Misac & Abdenago, interibit, & illius bona omnia prædæ erunt. Ipsos autem beatos pueros maiori, quàm prius, honore afficiens, iussit Iudæis captiuis præesse.

Cap. 9. Aliud regis somnium. Dan. 4. Non multum intercessit temporis, & rursus alia visio Regi apparet in somnis. Videbatur sibi videre arborem magnam & admirabilem, quæ radices quidem egerat in terra: creuit autem & valdè fortis euasit, & altitudo eius cælum attingebat, & speciosis erat comata folijs, & plena erat multo fructu: omnes verò bestia agri & volucres in ea habitabant. Deindè vox quoquè quædam repente ex alto extitit, quæ iubebat arborem excindere, solum autem dimitti germen radices. Fuit itaque excisa, & eius folia repente effluerunt: & quæ erant in ea, omnes animantes & volucres, citò recesserunt. Atque fuit quidem hoc somnium. Rex autem è somno excitatus, Magis rursus vocatis narrat id, quod visum fuerat: & simul rogauit, vt dicerent quidnam significaret. Atque aliorum quidem nullus potuit statim inuenire significationem, & aperire Regi quidnam esset futurum: Daniel verò solus hoc coniecit: & euénit, sicut is prædixerat. Dixit enim: Tu es arbor quam vidisti ó Rex. Non multò post autem excides ab imperio. hoc enim significabat sectio. Deindè etiam vitam ages simul cum feris, & foeno pascéris sicut bos: cumque sic septem inuenire in solitudine, imperium rursus accipies. hoc enim sibi vult vox illa, Sed germè radicem dimitte. Propterea ó Rex, tibi meum placeat consilium, & iniquitates tuas elemosynis redime, & peccata tua in miserationibus pauperum: & fortassè in tuis delictis exercebitur lenitas & patientia.

Cap. 10. Atque hæc quidem postea euenerunt, & finem acceperunt, sicut dixerat Daniel. Cum enim dictos septem annos versatus esset Rex in solitudine, neque vllus esset ausus regnum aggredi, Deum precatus, vt suum regnum reciperet, cum successione potentia excellam rursus mentem induens, in regnum reuertitur: & cum regnasset quadraginta tres annos, excedit è vita: vir in rebus gerendis acer & vehemens, & eorum, qui ipsum præcesserunt, Regum longè felicissimus. Post decessum autem

4. Reg. 25. Nabuchodonosoris, eius filius regnum suscipit: qui statim Iechoniam Regem Hierosolymorum, quem pater Nabuchodonosor captiuum duxerat Hierosolymis, soluens è vinculis, habuit inter amicos maximè necessarios: ei donans multa munera, & honore afficiens inter eos, qui erant in regno Babyloniorum. Nihil enim boni Iechonia omninò ostenderat pater Nabuchodonosor: sed eum in vinculis tenebat & affligebat, etsi Iechonias fecerat rem humanissimam, & dignam multis laudibus, vt qui seipsum tradiderat cum vxoribus & liberis, & toto genere manibus Babyloniorum, né vrbs ab hostibus capta euerteretur: vt hæc leges apud Iosephum narrantem singularim. Cum autem is quoquè è vita decessisset, postquam regnasset octodecim annos, eius filius ei succedit in imperio: quod cum tenuisset quadraginta annos, è vita excedit. Deindè Balsasar quoquè eius nepos fit hæres imperij. Non multum intercessit temporis, & Cyrus Rex Persarum, & Darius Medorum, expeditione suscipiunt aduersus Babylonem. Cæterum cum regnum accepisset Balsasar, & accidit nouum quiddam & prodigiosum.

4. Reg. 24. Accumbat ille, cœnans in magna domo, & facta ad conuiuia regalia, cum suis concubinis & amicis. Ipse autem, cum sic ei visum esset, præ magna arrogantia iubet è suo templo afferri vasa Dei, quæ Nabuchodonosor eius auus cum rapuisset Hierosolymis, ijs nequaquam vsus fuerat, sed in suo templo piè deposuerat. Hic verò inconsiderata & à ratione aliena inductus audacia, eis utebatur: & dum biberet & maledicam linguam moueret aduersus excelsam, ex pariete videt manum procedentem, & in muro syllabas inscribentem. Conturbatus verò à visione, Magos simul & Chaldæos, & quotquot erant Babylone eius generis, qui poterant signa & futura conijcere, statim conuocauit, ex illis volens discere ea, quæ scripta fuerant. Dicentibus autem Magis, se eorum nihil intelligere, Rex valdè anxius, & magno animi dolore oppressus, propter hanc rem inopinatam & valdè admirabilem, publico præconio breuè edixit per totam regionem, se ei, qui has literas & quidnam significaret, esset declaraturus, pollicens esse daturum torquem aureum, & vestem gestandam purpuream, sicut solent ferre Reges Chaldæorum, & præterea tertiam partem sui imperij.

Cap. 11. Dan. 5. Balsasar dū abuitur facris vasis, diuinitus punietur.

imperij. Cùm hoc publico præconio sic fuisset promulgatum, adhuc quidem magis concurrebant Magi, & contendebant inuenire, quid sibi vellent litera. Nihilominus autem stabant dubitantes.

Interea Regem angore animi plenum videns eius auia, cœpit repetere, & de Daniele Propheta ei significare, quæ illius auo, Nabuchodonosori, inquam, propter ea, quæ viderat arcana, ei expofuerat. Est quidam, dicens, qui fuit ductus huc à ludæa captiuus, nomine Daniel, vir egregius ad inuenienda arcana, & quæ sunt soli Deo cognita: qui Regi Nabuchodonosori, cùm nullus alius posset dicere de ijs, quæ quærebant, omnia pulchrè significauit, & edidit in lucem ea, quæ quærebantur. Si eum ergò accersueris, id quod scire cupis, mox inuenies. Ille verò eum celerrimè accersijt: & cùm dixisset, quæ de ipso & de eius audiebat sapientia, & quòd diuinus sit cum eo spiritus, & sit ad inueniendum solus vel maximè idoneus ea, quæ non veniunt alijs in mētē, rogabat vt ei diceret & solueret ea, quæ scripta fuerant: etiam si sit, inquit, iniucundum & asperum quod à Deo significatur. Hoc ergò si feceris, dabo tibi purpuram, qua te induas: & torquem aureum, quem collo tuo imponas, & tertiam partem mei imperij, futuram præmium & honorem tuæ sapientiæ: vt ex ipsis euadas longè clarissimus, & ab omnibus suspiciendus.

Daniel autem rogabat quidem, vt sibi sua haberet munera: virum enim sapientem & diuinum non esse capiendum muneribus: se verò gratis velle iuuare eos, qui optis habeant. Declarat autem ei ea, quæ scripta fuerant, nempe vitæ exitum: quòd nec ijs quidem, quæ ausus eius Nabuchodonosor passus erat, supplicijs propter suas in Deum contumelias, ipse didicerat esse pium, & vltra modum humanæ naturæ non sumere spiritus: sed quòd etiam cùm Nabuchodonosor mutatus esset in vitam ferinam propter ea, quæ impiè gesserat, & post multas preces & supplicationes misericordiâ esset consecutus, & rediisset ad vitam humanam & ipsum regnum: & propterea Deum, vt qui omnem haberet potentiam, & hominum curam gereret, vsque ad mortem laudaret, ipse eorum est oblitus: & Deum quidem multis insectatus est maledictis, vasis autem eius vt sibi ministraretur, effecit simul cum pellicibus. Hæc ergò videntem Deum ei esse iratum, & per ea, quæ scripta sunt, ei præsignificare, qualis sit futurus vitæ exitus. Significabant autem hæc litera, Manel Thecel Phares. hoc verò dicebat lingua Latina significare: Tempus vitæ tuæ numerauit Deus, & in libra appendit: & ablatū regnū tuum diuidet Medis & Persis. Cùm Regi sic dixisset Daniel, quænam significarent hæc in muro litera, Balsafar quidē angore & animi dolore fuit oppressus propter aspera illa & tristia, quæ ei significabatur. Neque ramen ei tāquàm Propheta malorū, non dat ea munera, quæ fuerat pollicitus, sed præbuit omnia: quam minatus quidem erat regni euerfionem, definita esse necessitatis, sed non eius, qui præ dixit, esse repitans: ea autem, quæ promissa fuerant, implere, boni esse viri iudicans, iustique & veri.

Præterfluxit breue spatium temporis, & captus fuit ipse & ciuitas, sicut prædictum fuerat à Daniele, cùm Rex Persarum in ipsum duxisset exercitum. Sed Balsafar quidem sic è vita excedit: Darius verò, qui Babyloniorum dissoluit principatum, qui erat etiam filius Astyagis, regni sexagesimū secundum annū transfegerat, quando cepit Babylonem. Qui etiam admirabilem hunc Prophetam secum accipiens, tantquam rem aliquam magnam & preciosissimam, duxit in Mediam, magnum suum in eum studium ostendens & obseruantiam. Daniel ergò cùm esset in tanto honore & existimatione apud Darium, & ipse eius sermones acciperet, vt qui haberent aliqui diuinum, in eum quoquē excitata est inuidia ab ijs, qui primas partes ferebant in Media. Et enim inuidebant Satrapæ, videntes eum esse in maiori existimatione, & esse maius in eum Regis studium, & haberi in maiori apud eum honore. Quærentes autem calumniæ occasionem & accusationis, minimè inueniebant. nullam enim eis præbebat causam. nam neque à pecunijs vinci poterat, & omnem quæstum despiciebat. Hinc factum est, vt cùm nihil possent inuenire, quod de eo dicentes apud Regem, de eius honore possent aliquid detrahere, alium modum quærerent, quo eum depellerent à Regis beneuolentia. Videntes ergò Danielem ter in die precantem, arbitrati sunt se inuenisse occasionē, per quam sint ei allaturi exitium: & accedentes ad Darium, ei renunciant, visum esse omnibus eius Satrapis & principibus, vt nullus ex omnibus spatio triginta dierum vllam omninò petat petitionem, neque à Deo, neque ab homine, nisi ab ipso Rege. Qui hanc autem legem fuerit transgressus, in lacum leonum iniiciatur.

Cap. 12.
Cap. 13.
Daniel regis munera respiciens, ei explicat secreturam.

Cap. 14.
Iubet Rex licet iustis Danieli dari munera.

Darius capit Babylonem.

Dan. 6.
Inuidet satrapæ Danieli.

Quærit occasionem eundem interire.

Cap. 15. Rex verò non intelligens eorum malignitatem, nec suspicans eos hæc esse machinatos aduersus Danielem, cessit eorum sermonibus. Et alij quidem omnes cauentes, nè transgrederebantur ea, quæ eis imperata fuerant, quiescebant: Daniel autem hoc minimè curabat: sed sicut ei mos erat, stans orabat. Hinc cum eum obseruassent Satrapæ, & apparuisset ea, quam in ipsum studebant accipere, occasio, statim venerunt ad Regem, & accusarunt Danielem, vt qui solus transgrederebatur ea, quæ fuerant imperata. Nam cum nullus, aiebât, alius auderet deos orare, Daniel hoc non vult facere: & simul tanquam legis transgressorem, volebant eum ex lege iaci in lacum leonum. Confidens autem Darius, fore vt Deus eum eriperet, & à feris nihil graue pateretur, iussit eum alacri animo ferre quod acciderat: & in lacum iniecto Daniele, cum obsignasset Rex lapidem, qui erat situs in aditu loco ostij, recessit, totam noctem infomnis transiens, vt qui premeretur cura de Daniele.

Daniel mittitur in lacum leonum.

Cap. 16. Cum autem postquam dies esset, surrexisset, venit ad lacum: & cum saluum inuenisset signaculum, quo reliquerat obsignatum lapidem, aperiens, nominatim vocauit Danielem, & rogauit, an adhuc esset saluus. Cum ille verò infernè audisset, & dixisset se nihil molestum esse passum, iussit eum extrahi è lacu. Cum vidissent autem inimici Danielem nihil mali fuisse passum, Non fuit, dicebant, iste conseruatus propter Deum & propter eius prouidentiam, sed quòd leones essent cibo satiati. Hoc illi quidem dicebant, victi ab inuidia. Rex verò odio habens eorum improbitatem, iubet quidem multas carnes obijci leonibus: cum ij autem fuissent satiati, eos in lacum iniici, qui odio habebant Danielem: vt sciret, an propter satietatem eos non tangeret leones. Planum verò factum est Dario, fuisse diuinam manum, quæ seruauit Danielem, cum iniecti fuissent Satrapæ. Nulli enim eorum omninò pepercerunt: sed eos omnes vnguibus & dentibus protinus discerpserunt & deuorauerunt, perinde ac si famelaborarent & alimento egèrent. Cum ij ergò interiissent, qui Danieli parauerant infidias, Rex Darius seipsum ostendens virum prudentem & parentem veritati, rebusque apertis & contra quas nihil dici poterat, misit per totam regionem, laudans Deum, quem adorat Daniel: & eum solum dicebat esse verum, & qui in omnes obtinet dominatum. Habebat autem Danielem in maiori honore, quam vllum alium, ostendens eum esse primum ex amicis. Simul verò cum eo erant etiam cognati: Azarias, inquam, cum cæteris, in quos & par erat studium Regis, & in pari eos honore habebat.

Aemulos eius leones deuorant.

Cap. 17. Cum is autem esset insignis & splendidus, extruxit in Medicis Ecbatanis, turrim pulcherrimam quoddam ædificium & factum admirabiliter, quæ in hodiernum vsque diem conseruatur: ijs autem, qui vident, videtur nupèr fuisse constructa, atque ad eodẽ eoispo die, quo illam adspicit vnusquisque. Tam recens eius pulchritudo, & quæ minimè consenuit tanto tempore, cernitur. Sepeliuntur verò in hac turri Reges Medorum & Persarum: & is cui ea est commissã, est Iudæus sacerdos. hæc ab Iosepho Iudæo ad verbum conscripta sunt. Quoniam autem non solùm fuit admirabilis in soluendis aliorum somnijs, sed longè admirabilior in ijs, quæ ille ipse vidit, operaprecium est hîc quoque eorum meminisse, & ostendere, quàm esset eius mens pura & Deo digna.

Cap. 18.
Viso Dani-
elis.
Dan. 7.

Expositio
visionis.

A magno hoc propheta, cum adhuc degeret Balsasar in terra Chaldæorũ, visũ sunt quatuor venti cæli in mare irruere, & quatuor magnæ bestię ex eo ascendere, quæ significabant quatuor magna regna. Quarum vna quidem visã fuit tanquam leona, & eius pennæ tanquam aquilæ. ea significabat regnum Chaldæorum. Vrsã autẽ secunda, quæ in ore tria habebat latera: cui vox quoque audiebatur, dicens: Surge, comedecarnes multas. ea significabat regnum Medorum & Persarum. Et tertia, Pardus: quæ etiam ostendebatur habens quatuor pennas volucris supra ipsam: & in ea quoque bestia cernebantur quatuor capita. Regnum Græcorum per eam significabatur. Quorum potentissimos Reges vidit postea in forma arietis & hirci. Darium quidem tanquam arietem, in omnibus terræ partibus cornu petentem: Alexandrum verò tanquam hircum in eum insurgentem, & viribus ac impetu conculcantem & profertentem. Quartam autem bestiam vidit terribilem & stupendam, & mirandum in modum fortem: cuius ferrei quidem dentes, vngues autem ænei. Ea verò superabat omnes, quæ ipsam præcesserant, viribus & audacia: exedebatque & comminuebat, & reliquas conculcabat pedibus. per hæc docens manum Romanorum, quæ iam diũ tenet imperium. In cuius capite animaduerti, inquit Propheta, decem cornua: & aliud

aliud quoque paruum, quod inter ea nascebatur, & tria ex prioribus euellēbat radicibus. Iam enim in ipso fine Romani imperij, quod fecatur in multos principatus, dicitur quidem fore, vt decem Reges simul exurgant. hoc enim significabat visio decem cornuum: tria autem ex his regnis à paruo illo cornu dissolui, quod cernebat habere oculos hominis, & os magniloquum, & superaturum esse vitium omnium vitiorum, quæ fuere à seculo. quæ quidem aperte significant Antichristum.

Cùm sic ergò in visione valde fuisset admirabilis Propheta, vidit etiam quosdam thronos intelligentes positos & supramundanos: & Deum gloriae, tanquam antiquum dierum, praesidentem: qui eò, quòd sit ante secula, sic vidēti voluerit videri: cuius etiam indumentum erat album, sicut nix: & capillus eius cernebatur tanquam lana pura. Nihil enim obscurum, nihil triste, nihil sordidum apud veram & magnam & primam lucem. Quinetiam thronum quoque eius dicit apparuisse, tanquam flammam ignis, & rotas ignis emittentes, & fluuium ignis ante eum fluentem, & horrenda omnia & terribilia, & admirabilia omnia, & quæ Deum decebant. Mille enim millia, inquit, & decies mille millia ei assistentes, piè admodum ministrabant. Deinde cum nubibus tanquam filium hominis, filium Dei dixit se vidisse venientem, & eum ad patrem vsque euntem, & tanquam ab eo dilectum, cum eo honorificè sedentem, & ei vniuersam potestatem & regnum omnium dari & honorem. Quinetiam libros ei esse apertos, & occulta ei esse manifesta, & omnia ad stare nuda & detecta: & aliorum quidem aboleri potestatem & imperium: illam autem pessimam bestiam & improbitate incomparabilem, quæ mouit bellum aduersus sanctos, & os habuit, quod magna & superba loquebatur, deletam & transmissam ad ignis conflagrationem, qui nunquam extinguitur. Deinde verò maiestatem & vniuersorum regnum datum sanctis in æternum.

Neque verò hæc solùm (ò beatam visionem) vidit Daniel: sed orans quoque postea, & verbis confessionis placans eum, qui est summè bonus: Eram, inquit, deinceps Susis, quæ est metropolis Persidis, & postquam egressus sum in campum cum familiaribus, ecce factus est magnus terramotus: & fugientibus ijs, qui mecum erant, relictus sum solus. Et ecce quidam stans me terigit, & fecit surgere: & quæ ciuibus erant euentura post multas generationes, mysticè enarrauit. Is autem erat magnus ille & primus caelestium potestatum Gabriel. Qui etiam sibi, cùm surrexisset, significauit fuisse magnum ostensum arietem, cui multa quidem enata erant cornua: habebat autem vnum altius. Et hæc quidem cùm adspexisset, ait se vidisse in occidente hircum, qui inde ferebatur per aërem: conflagrantem verò cum ariete, & bis cornu perentem, ipsum humi prostrauisse & conculcasse. Deinde vidisse hircum, cui magnum cornu nascebatur in fronte: quo fracto, germinasse quatuor, versa ad singulos ventos. Ex ipsis autem exortum esse aliud quoque breuius: quod is qui ostendebat, dicebat fore vt cresceret, & eius gentem bello inuaderet, & ciuitatem vi caperet, & quæcunque sunt legis, tollerent: idque diebus mille ducentis & nonaginta sex. Hæc quidem se vidisse in campo, qui est Susis, scripsit Daniel: Deum autem eorum, quæ adspexerat, visionem dicebat sic sibi declarasse. Nam arietem quidem dicebat significare regna Medorum & Persarum: cornua autem eos, qui erant regnaturi. Ipsum verò cornu vltimum, significat ipsum vltimum Regem. Dicebat enim fore, vt is præstaret cæteris, & diuitijs & gloria & alio splendore. Hircum autem, significare futurum ex Græcis Regem quendam, qui bis cum Persa confliget, eum pugna vinceret, & vniuersum assumeret principatum: significari verò à magno cornu, quod est in fronte hirci, primum Regem. Deinde etiã ortum quatuor Regum, cùm ille excessisset: vniuscuiusque autem eorum conuersione ad quatuor climata terra, describi successores post mortem primi Regis, & significari factam ab eis diuisionem. Futurum autem aliud quoque quendam ex ijs Regem, vultu quidem impudentem: idoneum verò ad intelligenda problemata: qui & dolo multos interimet, & stabit ad interitum multorum: bellabit autem aduersus gentem, & eorum leges fortiter dissoluet: quinetiam templum quoque spoliabit, & delebit rempublicam, & prohibebit tres annos fieri sacrificia. Hæc quoque sic facta sunt, & ad effectum peruenerunt, Antiocho videlicet regnante, qui fuit cognominatus Epiphanes.

Prædixit autem ipsa Daniel multis ante generationibus, cùm Deus ei ea ostendisset, & vt scriberet effecisset: vt & qui ea legunt, & considerant ea, quæ eueniunt, & Danielem admirentur propter honorem, quo fuit dignus à Deo iudicatus: & inueniant

Antichristus
subingabit
sibi Reges
terrae.

Cap. 19.
Ibidem.

Vidit Dani-
el p similitu-
dinem filij
hominis &
Dei.

Antichristus
postq mouit
bellum
Sanctis, mit-
tatur in tar-
tarum.

Cap. 20.
Dan. 8.

Alia visio
Daniels &
eius inter-
pretatio.

Cap. 21.

Epicureorū
stult' error.

niant Epicureos hac in re valdè errare, qui & prouidentiam è vita expellunt, & Deum non censent rerum humanarum curam gerere: neq; à beata essentia, & in quam non cadit interitus, ad hoc vt vniuersa permaneant gubernari omnia, carentia auriga & curatore. Mundum autem vniuersum dicunt sua sponte ferri: sic malè sentientes & dicentes apertè stolidi, & nesciètes, quòd ne nauis quidem in portu feruari potuerit, defecta gubernatore & nautis. Sed quis in rebus honestis fuerit adeò solor & ignauus, aut auditores tantæ damnarè negligentie & somnolentie, vt non aliorum etiam meminerit Prophetæ huius admirabilis, quæ & possunt afficere admiratione, & magnam afferre vtilitatem animis auditorum?

Cap. 22.
Bel simula-
crum Baby-
loniorum.
Dan. 14.

Cyrus Rex
Dario suc-
cessit in re-
gno.

Erat enim tunc apud Babylonios simulacrum, quod in magno habebatur honore. Ei nomen erat Bel: cui etiam tanquam deo constructum erat templum & ara, cuique suppeditati fuerant largi sumptus: & circa illud erat frequens turba sacerdotum. Sumptus verò specie quidem ac prætextu suppeditabantur idolo: reuera autem ab eius sacerdotibus latenter consumebantur. Id ipse quoque Rex colebat. is erat Cyrus, qui Dario successerat. Qui etiam, similiter atque Darius, honorem conseruans in Daniele, eum habebat cõuictorem & gloriosissimum omnium suorum amicorum. Hinc etiam factum est, vt ei suaderet, vt Bel coleret tanquam deum viuentem. An non videt, inquit, quòd similia quidem artabas duodecim quotidie, oues autem nõ pauciores quam quadraginta comedat? vini verò sex totas ebibat metretas? Est hoc error manifestus & apertè deceptio, ait Dei Propheta. Nam quod intus quidem, est lutum, æs autem extrinsecus, neque potest esse, neque bibere. Irascitur hæc audiens Cyrus: & statim vocat sacerdotes. minaturque mortem, nisi Bel comedentem ostenderint. Illi verò, Mensæ cibos, aiunt, appone: nos autem egrediemur: & clauibus ac signaculis obserata ianua, redi die sequenti: & nisi omnia consumpra inueneris, nos digni erimus supplicio: Sin minus, Daniel, qui & de nobis, & de ipso deo est mèritus. Atq; Cyrus quidem statim, sicut dixerant, cibos apposuit: Daniel autem, eis imprudentibus, cinere templi solum consperxit: & cum sicambo clausissent & obsignassent, recesserunt. Sequenti verò die accedentes, vident vestigia mulierum & virorū & puerorum in cinere. Qui etiam capti, ostendunt occultos aditus, per quos nupèr ingredientes, consumebant ea, quæ apponebantur. Hæc cum Rex vidisset, ira simul repletur & pudore: & vliscens sacerdotes propter eam, quæ ad hoc vsq; tempus latebat, fraudem, eos omnes interimit: Templum autem & Bel præbuit euertendum Danieli.

Fallacia sa-
cerdorū Ba-
byloniorū

Cap. 23.

Cum Daniel Babylonijs hoc præclarum primùm ostendisset factum, quod nullo eorum, quæ propter intelligentiam & ingenij acumen in admiratione habentur, est inferius, deindè etiam secundum adijcit. Nõ solum enim isti nullo planè sensu præditi, nullo sensu præditum Bel colebant: sed etiam magnum quendam draconem, qui in domo quadam delitescerebat, tanquam deum colebant. Hoc opus est eius, qui intelligentia percipitur draconis, abducere quidem à Deo vniuersorum: persuadere autem, vt adhæreant bestia nequissima. Tentatur ergò in hoc quoque, Daniel à Cyro: & iubebat, vt eum adoraret tanquam verè comedentem & bibentem & viuentem deum. Non potes enim, aiebat, dicere hunc non esse deum viuẽtem. Ille autem, Dominum, inquit, meum adorabo. Is enim est solus verè viuens, per quem viuimus & mouemur & sumus. Hic verò serpens est draco venenatus & malus, qui scit quidem nocere, nemini autem potest prodesse. Quòd si velis scire eum etiam esse mortalem, & in quem natura cadit interitus, non autè deum, permitte, o Rex, & ego eum occidam sine gladio & virga. Cum verò ei Rex in hoc annuisset, & picem simul & adipem & pilos coxisset hic vir admirabilis, & deindè etiam ossas fecisset, demisit in os draconis. Ille autem cum comedisset, confestim rumpitur. Hæc cum grauiter tulissent, quicumque ex Babylonijs erant supersticiosi & falsæ religioni dediti, ad Regem accesserunt & petierunt Danielem. erant enim reuera instigati à dracone, qui non cadit sub aspectum, & aduersus Prophetam magnum furorem conceperant, & iam parturiebant. Accedunt ergò ad Regem, dicentes: Trade nobis Danielem. Sin minus, te occidemus. iam enim nobis ex tuis factis euasit manifestum, te quoque ipsum eadem sentire, quæ Iudæi. Eum itaque tradit Rex in manus eorum, non lubens alioqui nec vo-

Ag. 17.

Draconem
interficir
Daniel.

Iterū Dani-
el obijetur
leonibus.

lens, tradit tamè. Illi verò cum eum accepissent, rursus demittunt in lacum leonum. Ijerant septem numero, quibus & duo corpora & duæ oues singulis diebus erant deputatæ ad eorum alimentum. Sex autem totis diebus, quibus iustus fuit cum eis inclusus, relictus sunt omninò iciuni & omnis alimenti expertes: vt fame quidè oppressi, & omni

& omni alio nutrimento carentes, etiamſi Propheta haberet aliquam virtutem, quæ eorum arceret impetum, at fame certè impulſi violentiùs, maxillas celeriter in eum immitterent ac diſcerperent. Quid ergò Dominus? Traditne feris animam, quæ eum conſitretur? aut ſeruat quidem ex ore leonum, relinquit autem eum fame moriturum? aut alimentum quidem præbet ad eſum, ſed per alienigenam aliquem & in-circumciſum? Multum ab eſt: ſed vt per omnia omnipotentes eius vires & ineffabilis miſericordia fieret manifeſta, diuina quidem manu obſtruuntur ora leonum, vel potiùs ipſi ſeiſpoſ compriment ac contrahunt, angulos ſubeuntes, & nec ſacrum corpus omninò audentes attingere: ſed tanquàm quidam ſatellites beneuoli ac fideles, ſuum Regem cuſtodientes, & quos nec famis quidem meminiffe ſinebat, qui eos vt-gebat, metus.

Erat autem alius quidam Propheta in Iudæa. is erat ſacer Habacuc, quem ſcio ſatis omnibus eſſe notum. Is ergò, cùm panem in diſco comminuiſſet & ius ei immiſiſſet, abibat vt ferret ad meſſores. erat enim tempus æſtatis. Angelus autem Domini ei apparuit, & iuſſit eum id ferre Babylonem ad Danielelem. Cùm is verò ignorantiam, & eſſe maximum quod intercedit ſpatium, & quàm difficile eſſet imperatū, adduceret, protinùs Angelus comam capitis apprehendit, & momèto temporis impetu ducen-tis ſpiritus expanſus ſtetit ſuper lacum: & appellauit Dei vincitum, & dixit: Accipe hęc coenam, quam Deus ad te miſit, tuã magnã curam gerens. Hęc Habacuc. Magnus autem Daniel in contritione ſpiritus & humilitate animæ, Meminit verò meĩ Deus, reſpondit. Fidelis vox eſt reuerã famuli, quomodo bonus quoq; Dominus eius curam gerit. Deindè, cùm accepiffet, comèdit: ipſe autem Habacuc, cùm eadè rursùs virtute illud immenſum tranſuolãſſet ſpatium, (ò celeritatem, ò diuinam pernicitatem) momento temporis ita ſuo fuit loco reſtitutus, vt nondùm præteriffet hora prædij meſſoribus. Atq; hoc quidè cùm ſit planè ſolius Dei opus & eius immenſæ potentia, maius ex ſe habet miraculum, quàm vt id poſſit aſſequi ſermo vel cogitatio. Atq; ſex quidem dies ſic tranſierunt, Danielelem in lacu conſeruantes. Cyrus autem ſeptimo die abijt, vt amicum iam lugeret mortuū. Cùm verò deſpexiffet, & vidiffet ipſum ſedentem in lacu illaſum, magna voce laudauit Deum rerũ admirabiliũ, & magis quàm priùs Darius: & illum quidem illinc quamprimũ extraxit: eos autem, qui ei temerè inuidebant, continuò demiffit deuorãdos à leonibus. Sic etiam in gentibus cognoſci-tur Deus iudicia faciens, vt in operibus manuum ipſorum comprehendantur peccatores, prouidens modo ineffabili. Fuit ergò poſtea Daniel & Regis conuictor, honoremque & gloriam apud ipſum eſt conſecutus ſupra omnes eius amicos.

Sed & rursùs admirabilis Daniel cõſueta faciens, & perſeuerans in ab initio cõcepta abſtinentia, rursùs talibus dignus eſt habitus contemplationibus. Fui enim, inquit il-le, tres dierum hebdomadas ieiunans. panem enim deſideriorum non comèdi, & caro & vinum non intraui in os meum: & vnguento non fui vnctus, donèc impleti eſſent dies trium hebdomadam, & viceſimo & quarto die primi menſis, ego ſedebam prope magnum fluuiũ Chobar: & ſuſtuli oculos meos, & vidi. Et ecce vir indutus ſacra ſtola, & lumbus eius accinctus auro Hophatz: & corpus eius tanquàm Tharſis, & vultus eius tanquàm adſpectus fulguris: & oculi eius tanquàm lampades ignis, & brachia eius & tibiæ tanquàm adſpectus æris replendentis, & vox verborum eius tanquàm vox turbæ. Hęc vidi, & virtus mea defecit à me, & gloria mea conuerſa fuit in interitum: & continuò cado in terram, & ecce manus me tangens, & erexit me ſuper genua mea: & attende, inquit, ad me Daniel, vir deſideriorum, & ſta in ſtatione mea: Quoniam nunc ego miſſus ſum ad te: Quoniam à primo die, quo dediſti cor tuum, vt humiliareris coram Domino Deo tuo, ego veni ad te: & Princeps regni Perſarum ſtetit contra me viginti & vnum diem. Et nunc eſto vir fortis & robuſtus, quoniam ego ſum tecum. Hic multa quidem futura, qui apparuit angelus, Prophetæ myſticè enunciat, de regno Perſarum & eius euerſione: & ad quos erat deuenturum. Deindè etiam de Regina Auſtri, quæ quidem poſtea ſinem acceperunt, & ſcripta ſunt in libris, qui vocantur Machabæorum.

Non ex his autem ſolis, ſed etiam ex alijs, Daniel apparuit magnus in contempla-tione & admirãdus intelligentia. Et vt alia omittamus, quod de Suſanna factũ eſt iudicium, quod diũ antè fecit, cùm eſſet adhuc iuuenis, quidnam reliquit intelligentia, quo id poſſit ſuperare? Quæ quidem cùm fuiſſet marito fidelis, morte autem eſſet damnata ex iniquiſſima calumnia corũ, qui illã impudicis adſpexerant oculis, & erat ſimilia

Nota inſigne miraculũ: leones ſex diebus manètes ieiuni, nõ laudunt Danielelem.

Cap. 24.

Angelus Habacuc repẽtè perducit Babylonẽ, cibũ Daniele afferentẽ.

Cyrus Rex laudat Deũ Danielis.

Pſal. 9.

Cap. 25.

Dan. 10.

Alia viſio Prophetæ.

Cap. 26.

Daniel ad-huc iuuenis liberat Suſannam.

Dan. 13.

Gen. 39. similia passura ijs, quæ Ioseph passus est, qui illum tunc eripuit, is eam quoq; admirabiliter seruat per Daniele[m]: qui sapiente iudicio seniorum conuicit malignitatem, & eos magis morte dignos ostendit, & vt mortem paterentur effecit.

Cap. 27. Cùm tanta esset intelligentia, tanta gratia & tam magnis dignus est habitus contemplationibus: cumq; ipsa Dei arcana, & duplicis verbi aduentus mysteria spiritu esset contemplatus: quinetiam quæcunq; sunt alijs pluris facienda, & quæcunq; sunt euentura in fine seculi, & eam, quæ tunc erit, afflictionem, & hominum ex terræ aggeres resurrectionem, & sanctorum gloriam, & impiorum ignominiam, quæ nunquam desinit, & Dei profunda, quantum potest is, qui est carnis indutus, per ipsa scrutantem spiritum cognouisset, deinde vinculo solutus, terra terræ lubenter tradita, ad Deum, quem desiderabat, vir desideriorum abiit, cum his tribus & amicis pueris & Prophetis perpetuo conuersans, & nec à nobis quidem, quod ad defendendum & adiundum attinet, abscedens: Ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, supernaturalis & diuinæ Trinitatis: Quam decet honor & adoratio in secula seculorum, Amen.

Obit mortē
S. Daniel.

VITA S. PRAXEDIS VIRGINIS, PER ADONEM
ARCHIEPISCOPVM TREVIRENSEM COLLECTA. HABETUR
in eius Martyrologio sub XII. Kalendas Augusti.

Iulij 21.
A patre suo
instruitur in
fide catho-
lica.

Sacros fon-
tes in eccle-
sia erigere,
Apostolici
instituti est.

Cōmédatur
virgo ex
martyrum
sepulcris.



ROMAE natale S. Praxedis virginis. Hæc cum sorore sua beata Potentiana, à sanctissimo patre Pudente, qui fuit edocaus in fide à beato Apostolo Paulo, in omni castitate & lege diuina erudita, post transitum parentis, vigilijs & orationibus, atq; ieiunijs assidue vacans, omne patrimonium suum simul cum prædicta sorore sua S. Potentiana, in sustentatione pauperum & Christi sanctorum erogauit.

In titulo verò, quem pater eorū Pudens, nomine beati Pastoris dedicauit, vnà cum consilio beati Pij Sedis Apostolicæ Episcopi, fontem Baptismi construere soror & ipsa student, vt familia earum die sancto Paschæ baptizarentur.

Quos ad nonaginta sex numero manumissos, beatus Pius aquis salutaribus abluuit. Indè post innumera pietatis opera, post multorum martyrum sepulturas, inter quos beatum Simetrium presbyterum cum alijs vigintiduoibus, apud titulum supradictum manibus suis sepeliuit, qui per martyrij palman ad regna cælorum transierant: eadem beatissima virgo migravit ad Dominum, coronam iustitiæ receptura, duodecima Kalendas Augusti. Sepulta est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, iuxta sororem suam, atque sanctum patrem Pudentem posita.

PETRI DAMIANI SERMO DE SANCTA
MARIA MAGDALENA.

Iulij 22.

Luc. 7.



MORIE misericordia & veritas obuauerunt sibi, & multitudo miserationum Domini in peccatricem foeminam refusa est. Filius enim Virginis, peccatricis & menstruatæ manibus atrectatur, Deumque & Dei filium mulier infirmata contingit. Tangit pedes mundi atque mundantis immunda, & ad vestigia creatoris mulier criminosa procumbit. Transit in affectum cordis prauaricatrix, & redit ad cor, atque magnitudinem scelerum, lachrymarum multitudo condemnat. Dissimulat pietas tangentis officium, & obsequiorum instantiam remuneratorius ille Maiestatis oculus felici dedignatione non inspicit. Oculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis inundatibus vestigia Redemptoris infundit, tergit crinibus, odoriferis illinit & irrorat vnguentis. Videt, & inuidet singularitatis amator, & vtrunq; redarguit Pharisei iactantia, illi ignorantia, presumptionis illa. Sed deliberans Prouidentia suspendit iudicium, dum affectat obsequium, & inuestigam retinet preparatam, donec Mariæ sacrificium in holocaustum pertranseat. Gaudent Angeli super peccatrice poenitentia agente, & odoris fragrantia celestis ille conuen-

Luc. 15.